

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Quæ Mariam Victoriam, ad opera misericordiæ exercenda, meditatio incitârit? & quæ opera ægrotis præstiterit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

C A P V T X X X I I I .

Quantopere iudicia hominum, in aliorum factis censendi, errare possint?

D pietatem, in Ecclesia, excitandam, excitauit benignus Dominus nouam quamdam feminarum religionem. Nomen est feminarum Deo dicatarum, *Calestine Annuntiatae*; illud ab habitu, incedunt enim togâ candidâ & pallio cæruleo, seu cælestis coloris, testæ: istud habent à fine Fundatricis, cuius mens fuit, honorem Matris Dei, ab Angelo annuntiatae propagare. Ordinis huius Fundatrix fuit, Genuensis illa matrona *Maria Victoria*, quæ primùm An. Christi 1617. die 15. Decembr. viuere desijt. Vitam eius, Italico idiomate, copiosè descripsit quidam Pater Societatis nostræ, qui & confessarius illius fuit, *Ferdinandus Meltio* dictus, cuius librum Archiepiscopus Genuensis, mirabilium Sanctæ illius feminæ gestorum conscius approbavit: placuitque is ita, & tantos passim fructus tulit, ut non ita pridem in linguam Germanicam fuerit translatus, Coloniae impressus, & Serenissimæ Annae Catharinae Constantiæ Neoburgicæ Ducissæ dedicatus. Fuit illa Maria Victoria non tantum nouæ Religionis institutrix, sed etiam eum Ordinem condidit, in quo absolutissima humanæ perfectionis imago reluceret. Sanctitatem huius feminæ Deus grandi bus miraculis claram fecit, sed ad sanctitatem, illam, per vias varias, rectas tamen duxit.

Primùm cùm esset ab ineunte ætate incitata, ad Deo, in religioso Ordine, seruendum, inscia Angelo Stratæ nobili iuueni est à parentibus desponsa, cùm adhuc 17. annorum puella esset; cui proinde magis parearum, quæ sua voluntate, nupsit. Quid ibi sanctè egerit, aut aduersi sit passa, longum esset enarrare. Neque quidquam dicam eorum, quæ postea sacrarum mulierum antistita, in cœnobio, vel mirabiliter, vel laudabiliter egit. Vidua facta, & coniugatas, & viduas docuit, & omnis generis homines, qua via ad cælum sit tendendum. Non enim satis habuit, non vagari per domos, non ferre discordias in vrbe, non otia, aut subducere se à consortio virorum; sed illud secum serio perpendit, quod Christus viuorum ac mortuorum futurus iudex, ad pios im-

I.

II.

B b b piosque

378 Cap. XXXIII. Exemplum pie feminine, que blasphemare putabantur,

piosque dicturus, & in æterni præmij, aut perpetuae damnationis

causam allaturus, à paucissimis rectè perpenditur. Dicturus est

Matth. 15. 41. autem his qui à sinistris erant; quid? considerate diligenter, & ob-

stupescite: Discedite à me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus

est diabolo & Angelis eius. Terribile est: sed non tam hoc obstupe-

sco (cum peccatoris malitia æternam poenam planè mereatur)

quam id quod sequitur; quodque paucissimi expendunt. Nam

cur ait se dictum: Discedite à me, maledicti, in ignem aeternum?

Si diceret, quia in Deum non credidistis; quia de misericordiam eam

desperastis, quia nomen meum negastis, quia diabolo homagium

præstistis; quia idola coluistis; quia nomen meum blasphem-

atis; quia idem vobis fuit sacer, quod profanus dies; quia homici-

dia, adulteria, furta perpetrasti; quia falsa testimonia dedisti;

quia in cubilibus & impudicitijs fuisti; quia superbi, ebrios, ini-

riosi fuisti; si, inquam talia diceret, non mirarer, quoniam

talia agunt, utique regnum Dei non consequentur. Nunc verò audit,

quas causas damnationis allegaturum se protestetur; audite, &

obstupescite, & videte an non has ipsas causas in vobis inueni-

tis: cum enim formulam illam indicasset: Discedite à me, maledic-

ti, in ignem aeternum; causas has subnecet: Esurui enim, & ne

deditis mihi manducere: fisiui, & non deditis mihi potum: hujus eti-.

& non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, & incu-

cere, & non visitasti me. Quo pacto autem hæc fieri possint, ex-

plicat, dicens: quam diu non fecisti uni de misoribus his, nec milie-

cisti. Propter hæc se, ait, maledictos in ignem aeternum esse miseri-

orum: quod si autem non omittantur, ob eadem præsta benedi-

S. Augustin. ctos in æternam vitam atque regnum recepturum. Non increpat,

lib. de fide & quia in eum non crediderunt, ait S. Augustinus, sed quia bona opere

operibus. 15. non fecerunt; ne sibi scilicet quisquam de fide, que sine operibus mortua

est, promittas aeternam vitam. Nec tantum medicis, aut parochis

infirmos negligentibus, sed omnibus hoc dicit. Quid ergo, pro

dolor, fiet delicatis, magnatibus, & mundo immersis, qui erubet,

scerent, si infirmum, aut in carcere positum visitare cogerentur; si

pauperem hospitio exciperent, &c. Benedicti ad Dei tribunal, per

Angelos, videbunt cibos, potum, vestes, quas pauperibus dede-

runt, & ipsos hospitio exceptos, infirmos, captos, recreatos, ex-

habet

Galig. 21.

hiberi. Quid exhibebunt homines mundani? in vulgo eminentes?
Si nihil exhibebunt, habent sententiam: *Omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Non opus est, ut malum fructum gignat; sufficit, si non facit fructum bonum; iam igne digna est. Quid ergo isti afferent? ea, quibus ætatem omnem triuerunt: crumenas, arcas, saccos auro plenos; vestes & pallia pretiosa; cheles, testudines, citharas; chartas lusoriarum, astragalos, fritillos; canes venaticos, aquaticos; gladios & pugiones; cantharos, pocula & dolia. Feminæ autem torques, annulos, fibium, chirotheculas, capillos volantes, collaria noui generis, specula, catellos Melitenses, & omnis generis vanitates.
Amen dico vobis, nescio vos, dicet; non enim hæc signa, sed spinas, flagella, clavos, crucees, charitatem exercendam, suis reliquit.

Matth. 3. 10:

Hæc talia cum perpenderet Maria Victoria, marito libera amorem iam omnem in Deum & proximum, ob Deum diligendum impedit: eleemosynis dedita, cibum, potum, vestes, pecunias pauperibus suppeditauit; præcipue tamen in ægrotos fuit admodum misericors, cumque ipsa esset viribus debilitatis, tamen ubique occasionem quæsivit, qua ægrotis alijs posset succurrere. Et obtulit ei occasionem Deus. Nam domi illi filium & matrem ægrotos dedit; præter sociam Petronillam du Passage, præter alias postea, in cœnobio, quæ eius patientiam & charitatem mirificè exercuerunt. Et filiura quidem, toto quinquennio ægrotantem: quo defuncto vehementer doluit, non quod Angelum, ob innocentiam, estimatum, sed quod charitatis erga eum exercenda animam amisit. Quod diligenter expendant patres, vel matres familiarum, qui illicò fiunt impatientes, quando vxor, aut maritus, vel filius aut filia, & maximè quando seruus, aut ancilla vel ad tres dies ægrotant. Nec enim iam hebdomades, sed dies, sed horas, sed omnes sumptus in pharmacopolio factos, omnes interea labores neglectos numerant. Stulte, nescis tuum lucrum. Negligitur quidem labor, sed interea dat tibi Deus occasionem cælum lucrandi. Nam quod ægerto coniugi, vxori, filio, seruo facis, ipsi Christo facis; dicturo olim, *infirmus eram, & visitasti me.* Hoc intuitentes benedicti, nulli sumptui, nulli labori parcunt, quando misericordia succurrendum; immo gaudent, sicut agricola messe; sicut

B b b 2

opifex



310 Cap. XXXIII. Exemplum pie feminæ, que blasphemare putabantur,
opifex labore oblato. In anthologia Græci dicunt, medicum tris-
tari, quando nemo ægrotat, gaudere morbis inualescentibus;
non quod alijs optet esse male, sed quia, nemine ægrotante, nihil
potest lucrari. Ita Sancti, ut quondam audiant, *Venite benedicti*,
quia *infirmus* eram, & *visitasti* me; optant se habere occasione
lucis spiritualis.

Quare Maria Victoria non contenta opitulari & seruirez-
grotis, quos domi habebat, excurrit in alias quoque domos, vbi
morbis afflictos facere audiebat. Et quia passim audiebat, *egre-
rum consolatrix & mater*, etiam ad ægrotos accerseratur. Immò &
ultra etiam veniebat, cum non accerseretur. Apud quos multis.
nè diuinitus & prodigiosè patrabat, inter quæ est istud stupen-
dum, quod Ferdinandus Meltio lib. 1. c. 5. vita illius, narrat.

Accidit aliquando, ut intelligeret, mulierem quamdam
corporis & mentis sanitatem desperatam, utriusque morti vicinam,
decumbere. Aduolanit ergo, & inuenit spectaculum prostrum
miserandum. Quarta iam die durauerat desperationis extrema, &
gestu insipientis scena; & circumstantium comploratio; & vñfū,
variae de ea hominum coniecturæ. Et alij quidem dicebant, eam
de mentis exijsse potestate; alij autem non dubitabant, ab intem-
perijs illam & conscientiæ stimulis Furijsque exagitari. Itaque pa-
lām iactabant, illam quidem s̄æpe, sed utriusque numquam recte can-
dideque peccata confessam, odia, ac libidines suas Confessario
exaudiisse, ut casta & sancta haberetur; proinde illi iuste contin-
gere, ut iam in extremis vni non posset remedio sacramentorum,
quibus in vita abusa, pro diuina gratia atque amore, iram me-
ruiisset. Itaque mirum non esse, si spem iam nullam habeat, despe-
rare eam utiq; assueuisse, que diuina seriò non tractauisset. Auxit
hæc iudicia vehementer tam diurna infania dūratio; quartus
enim iam dies erat, ut dixi, cum iam nulla vel corpori medicina,
vel animæ exhortatio profuisset. Siue sacerdotes, siue amici, siue
sociæ aliquid pium in aures clamauissent, semper visa est indigo-
ri. Vultis plus audire? Dicam plus, sed, ne vos offendat licentia
peccatorum, moneo, ut cogitatis, omnia in Deo esse infinita at-
que immensa; adeoq; etiam in illo infinitam esse patientiam &
bonitatem, qua, cum in terris esset, ille ipse Christus, qui, ut ca-

Cap. XXXIII. Exemplum piefemina, qua blasphemare putabatur. 381

cum sanaret, fecit luctum ex sputo, pro gratiarum actione, omnem *Ioan. 9. 6.* ignominiam retulit. Et percutiebant caput eius arundine, & conspue. *Marc. 15. 19.* bant eum, ait Marcus. Hanc igitur patientiam, etiam in hac muliere ostendit; quæ, vt ad spem erigeretur, omnibus modis est exercitata. Inter cetera, exhibebatur miseræ, misericordiæ fons Christus Seruator in cruce appensus; sed auersabatur illa Seruatorem, quem neque oculis quidem benignis intueri sufficiebat; nam, quasi noctua lucis impatiens, à sole vultum auertebat. Iubebant illam, in ea effigie, Saluatorem suum saltem osculo venerari; sed os illa oculosque pertinaciter cludebat. Quin, vt hinc patientiam Numinis, inde malitiam hominis clarissimè cognoscamus, quod dictu, audituque horrendum est, in Sacrosanctam Christi crucifixi effigiem, cum ingenti circumstantium atque attonitis animis impietatem istam detestantium scandalum, millies, milliesq; phlegmata fodissima expuebat. Denique nutu gestuque omni indicabat, se extremè odisse illum, qui extrema pro illa passus, vt eam sanguine suo, ex inferni faucibus liberaret.

Inter omnes, qui tam diro spectaculo adfuerunt, nemo magis sacrilegam hanc desperationem abominatus est, quam Maria Victoria; quæ quantò Christum ardentiùs amauit, tantò grauiùs doluit, hominem sanguine illius redemptum, baptismō ablutum & consecratum, vultum illum conspuere, in quem desiderant Angeli prospicere. Itaque altū ingemiscens in se descendit, cogitans, an non & ipsa s̄a pe eumdem despueret? qui in pauperibus & miseris vtique despuitur: immo an non, in illa ipsa desperata femina, Christi sanguine redempta, peccare posset, si de ea desperaret, eamque, sine ope, relinqueret. Nimirum, quò quisq; magis credit & agnoscit diuinæ misericordiæ infinitatem, eò magis de ea sperat, & de nullo etiam maximo peccatore desperat. Itaq; charitatis, & diuinæ potentiaz memor ad lectum propriū accedens, verbis, precibusq; cœpit iacentem ærumnosæ mulieris animum excitare, inducereque in spem cogitationemque meliorem. Mirum dictu, quò propriū Victoria ad furentem adiit, eò recessit insania longiùs. Vnā autem illam solantibus verbis, & Deum precantibus votis adiuit. Per vices nunc ad cælum, nunc ad ægrā conuersa: vt æstuantis animi procellas cælesti pariter atque humana

382 Cap. XXXIII. Exemplum pie feminae, qua blasphemare putabatur,
mana ope tranquillaret. Vide, quid possit præsentia hominum
piorum! ut, lumine admoto, tenebrae fugantur; eoque subducto,
rursum illico adsunt, ita Victoria vicina orante, ægra quietuit; cel.
sante autem ab oratione cœpit denuò inquieta esse, atque in diu
& execrationes erumpens rursus, ut antè, furere. Quod vbi anim.
aduerterunt mœstissimi insaniens parentes, Victoriam etiam
atq; etiam rogauerunt, ne à filia sua discederet, sed eam, velut
olim David cithara Saulem, ita ipsa precibus placatam retineret.
Facile fuit id impetrare ab illa, cuius viscera miseratione, suapte
sponte, tangebantur. Siquidem memor illius: *Nos debemus alii.
utrum diligere*, grauissimè dolebat, feminam cum prætentissimo
æternæ damnationis periculo tantopere iactari. Mansit igitur ibi,
&, crescente misericordia, crescebat etiam ardor pro ea Deum ro.
gandi. Neque sanè ab oratione amplius destitit, donec vidit ægo.
tam menti restitutam, & à turbelis intemperijsq; illis quiuersent.

III.

1. Cor. 4.
S. Augustin.
tract. 90, in
Ioan.

1 Cor. 10.

Ioan. 7, 24.

Retracta hic, ô bone Lector, cogitationes, quas hoc usque, in
perlegenda hac historia, admisisti, & disce, non ante tempus indu.
re. *Amemus iustitiam*, ait S. Augustinus, & iniustitiam detestemus,
&c. ut cum de ipsis rebus quod appetendum est, appetimus, quod desi.
tandum est, desitamus, ignorans nobis; quod de occultis hominum
quando, immò agendum, non vera sentimus. Hoc ad humanam tentati.
nem pertinere arbitror, sine qua duci ista non potest vita: ita ut Apostolus
diceret: *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana*. Quid enim tan.
humanum, quam non posse aspicere cor humanum, & ideo non ciula.
tebrae perscrutari, sed plerumq; aliud, quam ibi agitur, suspicari? Quam
quam & in his rerum tenebris humanarum, et si suspicimus vitare non po.
sumus, quia homines sumus, iudicia tamen, id est, definitiæ firmæ
sontentias continere debemus. Tametsi enim iudicare malum de.
tero, quando causæ sufficietes ad id ipsum suppetunt, non est il.
licitum; tamen quando adsunt vel leues tantum coniecturæ, vel
moraliter incertæ, vel quando de rebus occultis iudicatur, non est
eiusmodi iudicium conforme regulis prudentiae, sed est tem.
perarium. Quam verè dixit Christus: *Nolite iudicare secundum fu.
cierum, sed iustius iudicium iudicare*? Quis non dixisset hic astans
rectum iudicium indicasse? & tamen errarunt, quia secundum facie
iudicauerunt. Nam illa ipsa femina, cuius animum desperatio
ac ægi.